



Articuli q̄ continēt in Bulla
vndecime sessionis leonis Pape decimi s̄
moderatoꝝ privilegioꝝ s̄m̄ meditant̄

- ¶ 1^o q̄ tam plati q̄ presbiteri seculares missas in ecclesijs religiosor̄ devotoꝝ
causa celebrare volentes celebrare possint & fr̄es eos libenter recipere debet
- ¶ 2^o fr̄es req̄sūt ap̄ latus ad processiones solempnes faciedas accedere debet dñz modo
eor̄ loca suburbana ultra unuz m̄lliare nō sint remota
- ¶ 3^o fr̄es quos ad audiedas confesioꝝ suis superiorib̄ elegerint prelat̄. l̄. eor̄
vicarijs presentari p̄sonat̄ et examinari om̄no tenet̄. Si eos eximber̄ &
presentari petierit dñz modo ad platos ultra duas dietas accedere
nō cogunt̄.
- ¶ 4^o Conſtitutes fr̄ib̄ presentat̄ admittis ab eis q̄ prelat̄. l̄. etiaz in
debite recusat̄. Consent̄. satisfecisse constitutoꝝ. ois v̄triusq̄ sex̄ & tra
us etiaz forenses audire valent dñz modo laycoꝝ & clericos seculares
aſet̄ijs ab hore lat̄ nō absoluat̄.
- ¶ 5^o q̄ fr̄es in firmis ac desordentib̄ quor̄ confesioꝝ audirent dare possint
eucharistiaꝝ & extrema v̄ctioꝝ aliq̄q̄ sacra^{ta}. Super pp̄m̄ sacerdot̄
denegatio sine causa legitima facta vitioꝝ testimonio probata: aut
req̄sūtio corā notario p̄n̄ facta fuerit.
- ¶ 6^o Pacta & condictioꝝ inter fr̄es & platos atq̄ Curatos q̄ pro t̄pore p̄n̄
ata valent nisi p̄ cap̄. gene^l. p̄xim̄. l̄. p̄xim̄. re futata sint: q̄ refu
tatio debet t̄pore debito intimari.
- ¶ 7^o q̄ fr̄es possint intrare in cruce parochias clericor̄ ad lenida corpora
eor̄ q̄ apud eos elegerint sepultura p̄m̄ p̄m̄to & req̄sūtio ac re
msate parochiano presbitero
- ¶ 8^o fr̄es si antiqua consuetudo^{facit} in vicarij obſervata & possessioe suffragi
e. parochia possint intrare parochias clericor̄ ad lenida cor̄. def
functor̄.
- ¶ 9^o Volentes sepeliri in habitu n̄o possunt habere chore sepulchror̄
v̄triusq̄ voluerit.
- ¶ 10^o fr̄es ad ordines promovendi examinari per ordinarios de grammat̄
et sufficientia debent et dñz modo compet̄te respondeat per eosq̄ ordi
narios habere admittat̄.
- ¶ 11^o fr̄es nō debent promoveri ad ordines inſuf̄ ecclesijs ſecondor̄ aut alijs
eor̄ locis ab alio quaz ap̄ proprio diocesano epo n̄ p̄m̄ t̄pore n̄ debita tenet̄
req̄sūtio &.

Bulla S. d. n. d. Leonis pape. X
sup moderatione priuilegioꝝ per
Sede aplicam Fratibus Mendicantibus: et aliis Religiosis con
cessoꝝ: lecta per R. p. Joannem
Epum Sibiniceñ. unius ex cau
sarũ Palatii aplici Auditoribus
locumteneñ. in Undecima Ses
sione in Sacrosãcta Lateranen.
Basilica solẽniter celebrata.



Bulla S. d. n. d. Leonis pape. X
sup moderatione priuilegioꝝ per
Sede aplicam Fratribus Mendicantibus: et aliis Religiosis con
cessoꝝ: lecta per R. p. Joannem
Epum Sabinicē. unius ex cau
sarū Palatii aplici Auditoribus
locumteneñ. in Undecima Ses
sione in Sacrosācta Lateraneñ.
Basilica solēniter celebrata.



LEO Epus seruus seruoꝝ

dei, Ad perpetuam rei memo-
riam/ Sacro approbante Concilio. ¶ Dum intra
mentis archana reuoluimus/ & diligenti confide-
ratione pensamus operosa sollicitudinis studia:
continuosq; labores / pro diuini nominis gloria /
exaltatione catholice fidei/ Eccleie unitate seruan-
da/ & institutione/ ac salute fidelium animarꝝ per
Coepiscopos/ eorūq; superiores in diuersis orbis par-
tibus/ ad regimen suarum Ecclesiarꝝ a Sede Apo-
stolica constitutos: Necnō Fratres diuersorꝝ ordi-
num/ presertim Mendicantiū, indefesse/ & indefi-
nenter impensos, tanta ex eorum in uinea domi-
ni fructuosis operibus/ & oportune, ac laudabili-
ter gestis/ cordi nostro prouenit satisfactio: ut iis,
que ad pacem/ & quietem inter eos conseruādā
cōducere cognoscimus / omni studio intēdamus.
Nouimus enim Episcopos ipsos in partem sollici-
tudinis nostre assumptos fuisse: quorū honor/ &
sublimitas (testante Ambrosio) nullis potest cō-
perationibus adequari: Religiosos etiam in agro
dñico pro christiane religionis defensione/ & am-
pliatione complura fecisse/ ac uberes fructus pro-
tulisse/ & in dies singulos proferre, ita ut eorundē
Episcoporꝝ/ ac Religiosorꝝ bonis operibus/ ortho-
doxam fidem incremēta sumpsisse / & per orbem

terraꝝ undiqꝫ dilatataꝫ fuisse, fidelium nullus ignoret. Et sicut ipsi se penumero uigilantissima/ & solerti cura, Scismata in dci Ecclesia extingue- re/ & Ecclesie unitatem reddere/ & ut eidem Eccle- sie pacis tranquillitas daretur, innumeros labo- res subire nō dubitarunt: Ita quoqꝫ par est/ eos in- ter se nostris prouisionibus pacis uinculo/ ac fra- terna caritate/ & unitate coniungi; ut eorum con- cordi doctrina, & mutuis operibus uberiores in Ecclesia dei fructus proueniant. Sane cupientes, ut iura spiritualia: que ad dci laudem, & christi- fidelium animarꝫ salutem pertinent: & quorum exercitiū prefatis Episcopis / & eorꝫ superioribus in suis diocesibus, cum ipsi in partem sollicitudi- nis (ut prefertur) assumpti: ac dioceses distincte, & cuilibet eorundem Episcoporum assignate fue- runt/ cōmissum extitit, per ipsos Episcopos exer- ceantur: & ius illa libere exercendi/ quantū fieri potest eis illesum preseruetur: Et si aliqua dictis Fratribus Mendicantibus/ in eorundem Episco- porum lesionem, per Romanos Pontifices prede- cessores nostros / & Sedem Apostolicam concessa fuerint, concessionem hmoi eidem Religiosis fa- ctas/ in subsequentibus duximus moderandas: ut ipsi fratres potius ab eisdem Episcopis omni cum caritate foueantur / q̄ aliquo modo molestentur, & inquietentur. Vna enim est Regularium, Se-

cularium, Prelatorꝫ/ & subditorꝫ exemptorꝫ/ & nō exemptorꝫ uniuersalis Ecclesia: extra quam nul- lus omnino saluatur: eorumqꝫ omniū unus dñs, una fides: & propterea decet eos, qui eiusdē sunt corporis/ unius etiam esse uolūtatis: & sicut Fra- tres nexu inuicē caritatis astricti sunt/ sic nō con- uenit alterum in alterius iniuriam/ seu iacturam profilire, dicente Salvatore: Hoc est preceptum meum/ ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Ad conseruandam igitur inter Episcopos, & eorū su- periores/ ac Prelatos/ & Fratres hmoi mutuam ca- ritatem/ & beniuolentiā, diuini quoqꝫ cultus au- gmentum, pacemqꝫ/ & tranquillitatem uniuersa- lis Ecclesie status: Quod ita demū fieri posse co- gnoscimus/ si unicuiqꝫ (quantum fieri potest) sua iurisdictio conseruetur: Sacro approbante Con- cilio/ statuimus, & ordinamus/ qꝫ Episcopi/ & eorꝫ superiores, & alii Prelati prefati/ parrochiales Ec- clesias, ad eosdem Fratres ratione locorꝫ suorꝫ legi- time spectantes, quo ad ea/ que ad parrochianorꝫ curam/ & sacramentorꝫ conseruationem/ admini- strationemqꝫ pertinent: sine tamen uisitorum insolito grauamine/ uel impensa uisitare: & illarꝫ curam gerentes/ & circa illam delinquētes, si Re- ligiosi fuerint / iuxta ipsius ordinis regularia in- stituta/ intra septa regularis loci: Seculares uero presbiteros/ & Fratres hmoi beneficia obtinētes,

libere/tanq̄ sue iurisdictioni subiectos punire: Ac
tam Prelati / q̄ presbiteri seculares: qui uinculo
excōmunicationis ligati nō fuerint/ Missas in Ec
clesiis domoꝝ eorundē, deuotionis causa celebra
re uolentes/celebrare possint: Ipsiq; Fratres tales
celebrare uolentes/libenter recipere debeant: Ac
ab eisdem Prelatis ad processiones solennes pro
tempore faciendas requisiti/dūmodo eorum loca
suburbana, ultra unū miliare a Ciuitatibus respe
ctiue nō sint remota/accedere: Necnō superiores
eorundem Fratrum: Fratres quos ad audiendas
Confessiones subditorum eorundem Prelatorum
pro tempore elegerint / eisdem Prelatis persona
liter exhibere / ac presentare, si eos sibi exhiberi,
& presentari petierint: alioquin eorum Vicariis/
dūmodo ad Prelatos ultra duas dietas accedere
nō cogantur/omnino teneantur: Possintq; illi per
eosdem Episcopos/& Prelatos super sufficienti li
teratura, & aliqua saltem hmōi sacramēti peritia
dūtaxat examinari: Talibusq; presentatis/admis
sis, uel etiam indebite recusatis confitentes, Con
stitutioni/que incipit: Omnis utriusq; sexus, quo
ad Confessionem dūtaxat satisfecisse censeantur:
Ipsiq; Fratres etiā forensium Confessiones audire
ualeant: Laicos tamen/& Clericos seculares a sen
tentiis ab homine latis nullatenus absoluerē pos
sint. Eucharistie uero/& extreme unctionis/aliaq;

ecclesiastica sacramenta illis/quoꝝ etiam infirmo
rum, ac decedentiū Confessiones audierint/dicen
tibus propriū sacerdotem illa sibi dare denegasse
dare nequeant/ nisi denegatio sine legitima causa
facta, uicinoꝝ testimonio probata / aut requisiti
coram Notario publico facta deceretur. Eorundē
uero Fratrum obsequio insistentibus sacramenta
hmōi nullatenus ministrare ualeant/nisi illorum
durante obsequio. Pacta autem/& conuentiones
inter eosdē Fratres/ & Prelatos/ atq; Curatos pro
tempore inita ualeant/ nisi per subsequētū Capitu
lum proximū generale/ uel prouinciale refutata/
& per eos refutatio hmōi intimata debito tempo
re fuerint. Parrochias aut cum Cruce ad leuanda
funera eorꝝ: qui apud Ecclesias domoꝝ/& locoꝝ
eorundem/suam elegerint sepulturam/intrare nō
possint/nisi prius premonito/& requisito, ac recu
sante parrochiano presbitero/& tunc sine eius/ac
Ordinarii preiudicio/nisi eisdem Fratribus super
hoc antiqua cōsuetudo, que sit in uiridi obseruan
tia/& cum pacifica possessione suffragetur. Volen
tes quoq; sepeliri in habitu eorundem Fratrum / in
Claustro non degentes, sed in propriis domibus
habitantes/ in eorꝝ ultima uoluntate sepulturam
sibi libere eligere possint. Quodq; Fratres ipsi ad
ordines promouendi/per Ordinarios de Grāma
tica/& sufficientia examinari/& dūmodo compe

tenter respondeant, per eosdem Ordinarios libere admitti: Ac nullatenus in eorum Ecclesiis/ seu domibus/ aut aliis eorum locis ab alio/ q̄ a diocesano Episcopo: nisi prius ipso diocesano Episcopo, uel eius Vicario super hoc cum debita reuerentia requisito/ & absq; rationabili causa cōtradiciente, uel eo a diocesi absente/ ad dictos ordines promoueri debeant: Nec ab alieno Episcopo consecrationem Ecclesie, uel Altaris, aut Cimiterii benedictionem petere: seu in Ecclesiis per eos pro tempore edificandis primū lapidem per alienū Episcopū poni facere possint/ nisi ubi Ordinarius bis/ aut ter cum debitis reuerentia/ & instantia requisitus / sine legitima causa id recusauerit. Et absq; Curatorū consensu sponsum & sponsam benedicere nequeant. Et ut debitus honor matri Ecclesie reddatur, tam ipsi Fratres/ q̄ alii Clerici seculares/ etiam super hoc Apostolice Sedis priuilegio muniti/ die Sabbati maioris hebdomade/ anteq̄ Campana Cathedralis / uel matri Ecclesie pulsauerit / Campanas in Ecclesiis suis pulsare minime possint: Contrafacientes penam Centum ducatorum incurrant. Censuras autem per eosdem Ordinarios latis/ & promulgatas, ac in matri Ecclesia Ciuitatum/ necnō in Collegiatis/ & parrochialibus ecclesiis Castrorum/ & Oppidorū respectiue solenniter publicatas, quando super hoc ab eisdē

Ordinariis requisiti fuerint, in Ecclesiis domorū suarū publicare/ ac seruare. Et ut animarū utriusq; sexus christifidelium salutē uberius consulatur: illos quoq; Confessiones pro tempore audierint/ cuiuscunq; status/ & conditionis fuerint, ad soluendum Decimas/ siue aliam bonorum/ seu fructuum quotam/ in locis/ in quibus Decime ipse/ aut similia solui consueuerunt/ etiam sub onere conscientiarum suarum monere / & hortari: ipsiq; etiam illas soluere recusantibus absolutionem denegare/ & super hoc requisiti/ id populo etiam publice predicare/ & persuadere teneantur. Conseruatores autem eisdem Fratribus pro tempore a Sede apostolica deputandi/ doctrina/ & probitate prestantes/ & in ecclesiastica dignitate constituti esse debeant/ & corā eis per eosdem Fratres/ quibus dati fuerint/ ultra duas dietas a loco sue solite habitationis nullus trahi possit: priuilegiis sup hoc a se eis concessis nullatenus suffragantibus. Excomunicati quoq; ordinem Mendicantium profiteri uolentes/ ubi de interesse Tertii agitur, absolui non possint / nisi preuia satisfactione. Procuratores quoq; & negociorum gestores/ ac operarii eorundem Fratrum seruiis insistentes / sententiis excommunicationis promulgatis illaqueati sint/ & esse censeantur/ si illis causam dederint/ aut dantibus consilium / auxilium / uel fauorem prestiterint.

B

Fratres autem/ & Sorores Tertii ordinis : necnō
Mantellati/Corrigiati/Pizocchare/Cordellati/&
alii quocunq; nomine nuncupati/in propriis do-
mibus habitantes/sepulturam ubi uoluerint, eli-
gere ualeant. Sed die Paschatis tantum Eucharis-
tiam : necnō extremam unctionem : ceteraq; ec-
clesiastica sacramenta (penitentie sacramento dū
taxat excepto) a proprio Sacerdote recipere: & ad
onera/ quē Laicis incumbunt perferenda tenean-
tur : ac in foro seculari coram Iudicibus seculari-
bus conueniri possint. Et ne censura uilescat ec-
clesiastica / & minoris autoritatis Interdicti sen-
tentia reputetur, iidem dicti Tertii ordinis ad di-
uina audienda in Ecclesiis suorum ordinum tem-
pore interdicti nullatenus admittātur/ si causam
dederint interdicto/ uel causam ipsam nutriant/
seu foueant/aut dantibus auxilium/cōsiliū/uel
fauorem quoquomodo prestiterint. Collegialiter
autem uiuentes : seu cum Claustralibus habitan-
tes : ac Mulieres uirginalem/seu celibem/ aut ca-
stam uidualem, expresso uoto/ & sub dicto habi-
tu uitam ducentes/Priuilegiis/quibus Fratres or-
dinis/cuius Tertie regule habitum gestant, gau-
dere debeant. Omnia etiam singula supradicta/
ad reliquos Religiosos Ordinum quorumcunq;
extendi/ & per eos etiam seruari debere uolumus
atq; decernimus. Saluis tamen in reliquis desu-

per non expressis/tam Episcoporum/q̄ Fratrum/&
aliorum Religiosorum predictorum iuribus/qui-
bus per premissa in aliquo preiudicare/seu quicq;
innouare non intendimus: Nō obstantibus Con-
stitutionibus/ & Ordinationibus Apostolicis/ ac
statutis/ & consuetudinibus dictorum ordinum/
iuramento/confirmatione Apostolica/uel quauis
firmitate alia roboratis : Priuilegiis quoq;/ & in-
dultis/ac literis Apostolicis/ contra premissa/ seu
aliquod premissorum/eisdem Ordinibus conces-
sis: etiā in Mari magno contentis: Quibus etiam/
si ad illorum derogationem de eis / eorumq; totis
tenoribus specialis/specifica/expresa/indiuia/
ac de uerbo ad uerbum/non autem per generales
clausulas id importantes, mentio/ seu queuis alia
expressio habenda / aut aliqua alia exquisita fer-
ma seruanda esset/ illorū tenores presentibus pro-
sufficienter expressis/& insertis habentes, specia-
liter/ & expresse derogamus : Ceterisq; contrariis
quibuscūq;. Decernentes ex nunc irritū/& inane
si secus super his a quoq;/ quauis autoritate scien-
ter/uel ignoranter cōtigerit attentari. Eosdem in-
super Fratres in uirtute sancte obedientie mone-
mus / ut eosdem Episcopos loco sanctorū Aposto-
lorum subrogatos/pro debita/ & nostra: ac aposto-
lice Sedis reuerentia congruo honore / & conue-
nienti obseruantia uenerentur. Ipsos quoq; Epōs

hortamur/ac per uiscera misericordie dei nostri re-
quirimus, ut Fratres ipsos affectu beniuolo profe-
quentes/caritatiue tractent/ ac benigne foueant :
seque illis minime difficiles / aut duros / uel moro-
sos : sed potius faciles/mites/propicios/piaque mu-
nificencia liberales exhibeant/ ac in omnibus pre-
dictis/ tanquam in agro domino cooperatores/ eorumque
laborum participes/prompta benignitate recipiant/
eorumque iura omni cum caritate custodiant / atque
defendant. Ut tam Episcopi/que Fratres prefati: quo-
rum opera ueluti Lucerne ardentis supra montem
posite, omnibus christifidelibus lumen prebere
debent/ ad dei laudem / fidei catholice exaltatio-
nem/populorumque salutem/ de uirtute in uirtutem
proficiant / ac exinde a largissimo bonorum omnium
retributore domino percennis uite premium consequi
mereantur. ¶ Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostrorum statuti/ordinationis/ uo-
luntatis/derogationis/decreti/monitionis/exhor-
tationis/& requisitionis infringere:uel ei ausu te-
merario contraire. ¶ Si quis autem hoc attentare pre-
sumpserit/indignationem omnipotentis dei/ac bea-
torum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.
Datum Rome in publica Sessione in Lateranensi
sacrosancta Basilica solemniter celebrata, Anno in-
carnationis domine Millesimoquingentesimo sexto
decimo.xix.Decembris, Pontificatus nostri An-
no Quarto. D. de Comitibus.